

### III.

## REGNUM MORTUORUM.

Nro. 33.

---

*Secretum litterarum Commercium inter vivos  
et vita functos.*

Samueli Crumpe --- in Elysio.

Ex mundo superiore.

---

Elysiu-Meum, Die Veneris, 18. Maji, 1810. (Neov. 1. Maj, 1810.)

---

Sub finitis jam nuper bellicis adjunctis solito magis communis inter homines nisus animadvertebatur vitam producendi. Copia scriptorum in hoc argumento luci edita, quin observatum fuisset vitam reapse servatam fuisse. Fortassis boni hi viri finem belli supervivere voluere; forsitan existimarunt, hodie intra orbitam anni plures memoratu dignos eventus occurrere, quam olim per sæculum, aut vero spe ducebantur, bona tempora vivendi, quæ belli Calamitates perpessus compensarent.

Hodie Euge! magna Epochæ pacis suborta est. Jam Continens diuturna & fortassis perpetua pace gavisura fruituraque est. Ergo hoc ipso articulo temporis omnia curiose & studiose protrahendi rationes sunt, quæ prolongandæ viæ quoquomodo servant.

Sane Philosophi juxta & Medici hanc humanorum votorum gratissimum pupam cor-

di sibi sumere, & quævis exquisivere elegereque, quæ nunquam in hunc finem inventa & observata fuere. Mihi hoc loco animadversiones solum Cel. *Joannis Sinclair* in medium adferendi animus est, ex quibus perspicere licebit: quæ mala prolongationi vitæ adversa sint. En ejus verba in excerpto cum nonnullis animadversionibus!

*Cel. Stahl* originem omnium morborum quæsit in ulla afflictione vel commotione animæ. — *Cl. Hofmannus* in ulla quapiam destructione Corporis, & hic in medio tutissimus ibis — ea in utroque quærenda est.

I) *De actione in sanitatem facultatum mentis.*

(*De Influxu Talentorum.*)

Immoderatæ Mentis exercitationes non minus exhauriunt vires, quam quæ corpore perficiuntur, id cœlit quisquis pluribus horis continuo uni eidemque scientiæ vacabat, — quæ etiam ratio est, quod in pueris præcox facultatum mentis explicatio tam perniciosa sit, quam celer corporis & physicarum virium evolutio incrementumque; ita didicimus mirabiles Infantes (ostenta naturæ) diu non vivunt. — Homines quoque excellentibus mentis & ingenii dotibus præditi raro senescunt. Inter bis mille centum annorum viros, quos ex tempore aeræ vulgaris numerare licet, unus erat *Cel. Fontenelle* qui ingenio eminent, quod admodum naturale. Eximie mentis dotes excitant invidiam & æmulationem,

eis magna irritabilitas sociata est, saepeque numero publico contentu adficiuntur, saltem non tanti sunt, quanti se faciendos arbitrantur. Omnia hæc tanto magis vitæ fomitem arrodunt, quod prærogativæ ingenii plerumque aliqua vitiosa Corporis organisatione redimantur, quæ ad maturum tumulum deducit, vir eximii ingenii rare formosus est, quapropter multi putarunt: excelsum ingenium proprie morbum esse (ut vno in Conch) quive eo præditi, pollicere justo ampliore capite, esseque plerumque propensos in delirium. (dixisti! —)

Plurimi robore, volumine, amplitudine corporis valentes homines, quamquam exceptio locum habeat, ut Hume, Johnson, Fox, (in Germania Cöhe, & Bode) exiguus pollicentur mentis facultatibus, contra in regula ingenio præstantes terrena, fragilia, terrena, deformia, fomitem continent a prævia destructionis corporis organa habent. Mens tranquilla, intellectus rationibus fultus, non imaginationis vis pollicentur diuturnam vitam.

## II.) De actione animi affectionum in valetudinem.

Per affectus valetudo humana multo magis destruitur, quam immodico usu facultatum mentis. Quæ centies in hoc argumento dicta, si repeterentur, esset, eandem orationem recoquere — Exemp / gratis: Ita, nonnullis jam caput perturbavit; aut gravem

morbum, imo & repentinam mortem accessit. —

Spes elusæ amoris, cultus, avaritiæ, Melancholiam adferunt, aut suicidium præcipiunt. Tunc quoque, cum hæc spes implentur hominis hac affectione laborantis non ea tranquillitate mens fruitur, quam diuturna vita exposcit. — At periculosissima omnium affectionum valetudini est *motus*, hic foemitem morbi generat, cum venenat, & favorabiles Crises impedit. Experientia docuit Epidemiam præcipuis meticulosos corripuisse, & iis periculosissimam esse.

Singulares inter, per affectus excitatos morbos censentur amor & desiderium revivendæ patriæ; quo præcipue corripuntur Helveti Cantum electionis patria lingua ita dictum *Kuhveigen* audientes; Prætorianæ Helvetiæ legiones in Gallicis stipendiis adeo hoc morbo correptæ suat, ut hic Cantus sub poena mortis interdicti debuerit; recordatio voluptatis, qua in pueritia fruebamur, & moeror ex carentia ejus ortus, ardens eam renovandi desiderium hunc morbum producit, læchoat cum melancholia, propensione in solitudinem, appetitus in Cibum viresque amittuntur, tandem in febrem lentam vertitur.

Morbi ex affectibus originem trahentes longe a fœtilis curantur aliis tunc etiam, dum morbum genuinum producere non videntur, impediunt nihilominus plus minus somnum, concoctionem, exhalationem humoris. Quamobrem merito Cel. Lordius Bacon commen-

dat & svadet, post vel sub vehementibus animi commotionibus nunquam e vestigio mensæ affidere, aut lecto incumbere. — Ejus secundum opinionem tamen affectus præcipue obsunt personis macilentis, indigitaque leniter opesos consulto agere, dum interdum egregie irascuntur. Auditor ipse exemplum adfert seniculæ materteræ — quæ quamquam coeca, singularis obesitatis & præterea admodum paralitica erat — nihilominus nonagenaria facta, probabilius quia tota die rixabatur.

Huc usque — Cel. Sinclairus — quas vero Erudiri collagere observationes in argumento: Ut diuturna vita obtinenda? — In qua regione homines longissimam, in qua brevissimam vitam attingant? — id alia occasione allaturus in medium, atque ex scriptis experientiae excerpturus sum. — Nunc quædam ex politico fonte juvat delibare. —

Novum phænomenon comparet in politico Horizonte, quod conatus Angliæ Insurrectionis ignem in Hispania fovendi indicat. Constat Hispanicos Principes in arce Valenciam provinciam olim Berritanam habitare. — Ministerium Anglicanum decrevit Principem Ferdinandam ex hac arce educendum atque eum in Hispaniam expediendum. — En Politicæ Gen. Magistrî relationem ad Imperatorem!

„Indicabam M. V. mihi a D. Berthemy Stabi Gen. officiali Principi Ferdinando adjuncto & arcis Valenciam Præfecto extraordinario Cursore relatam esse, quemdam Baro-

nam a Kolli, qui legatum Angliæ apud Prino. Ferdin. in prætenſivo Charactere legati Regis Hispaniæ venditabat, media reperiffe arceem ſubeundi. Hic vir Ministerio meo adductus eſt, quoſpropter M. V. transmiſſo 1) litteras D. Berthemy indicantes memorati Kolli adpreheſionem & tranſpoſitionem 2) Copiam litterarum Pr. Ferdinandi ad D Berthemy intuitu adventus dicti Kolli. 3) Copiam Examinaſ Kollii 4), 5), 6) tres litteras, quas Kolli adferendas habuit, quarum binæ a Georgio Rege Principi Ferdinando in criptæ; unius ordinis latino idiomate, tandem litteras D. Berthemy, & alias Ferdinandi Principis Nris 7 & 9 adjuſas.

Ego *Kollium* incarcerationum curavi. In arce Vincennes arcte cuſtoditur, opperitorque Juſſa M. V. in hoc argumento. Admantas & aliæ res mobiles, quas Kolli ſecum habebat, in Collegio Gen. Politicæ depoſitæ ſunt.  
*Subſcr Fouchs.*"

Ex Appendicibus relationis hujus inter cætera elucet: *Kollium* natione Hyberorum eſſe, a regimine Anglicano expeditum ad Principem Ferdinandum ad ſugam ſollicitandam, & in Hispaniam tranſferendum, at a Principe hujus generis conſilia cum abominacione rejeſta eſſe.

In poſtrema Appendice, litteris Principis ad D. Barthemy Valentia de 4. Aprilis in cæteris hæc habentur, „Primum votum meum eſt adoptari in filium Sues Maj. Imperatoris extimil Imperantiaſ noſtri. Exiſtimo hæc

ad Prino.  
 legati Re-  
 erisse ar-  
 meo ad-  
 minto 1)  
 rati Koll  
 2) Copi-  
 erthem  
 am Exa-  
 s, quas  
 a Ge-  
 scriptæ;  
 literas  
 Principis

adoptione in filium me dignum esse; quæ in  
 his, amoris perfectæque devotionis pro sacra  
 S. M. persona, prout & subjectionis in Ejus  
 consilia Jussuque adjunctis, felicitatem vitæ  
 meæ efficerent. Præterea opto ardentem Val-  
 lentia discedere, cum hæc sedes admodum  
 moesta nobis sit &c."

### BIOGRAPHIA.

Samuel Crumpe. Medicinæ Doctor &  
 membrum Regiæ Iricæ Academiæ eruditissi-  
 mus & clarissimus Hybernus. Ejus opus:  
*Aus Inquiri into the Nature and Properties of Op-  
 ium in Germania notum est — vide Univ. litt.  
 Ephem. 1796. N. 227. & versionem anivo ad ver-  
 sionibus & supplementis locupletatam Hof-  
 nae 1796. — Maxime autem de patria meri-  
 tus est dissertatione præmio ornata: de opportu-  
 nissimis Medicis alacritatem & merendi solertium ad  
 infimam hominum Cassem derivandi, quæ adver-  
 sus horrendas domesticæ egestatis eruptiones,  
 & desperata, qua multa millia colluctantur  
 & tabent, adjuncta, præmia efficacique reme-  
 dia proponit. — Proh dolor! præclarus hic  
 vir anno ætatis 30 die 27. Jan. 1796. Lime-  
 rikii in Hybernia crudelibus jam umbris oo-  
 cubuit. —*

I. *Aestas — hyems — Bellum — Pax.*

Non absque ratione animadvertendum est:  
 Novellas Brumale tempus vaticinando bellum  
 impendere — æstatem vero? — vaticiniis  
 suis diluendis. — Nempe: naturam illæ se-  
 quantur, quæ hyeme montes glaciales erigit,

quæ ver solvit, & in lenes placideque aquarum rivos convertit. —

II. *Valor — Pretium.*

Judicium de bonitate rerum est eorum valor; contra æquivalens earum præcipue in pecunia est *pretium*. — Pretium rerum crescere, augeri, & decrescere minuique potest, quin earum internus valor major, aut minor sit. Justa Coffeæ phiala deponit duas senis uacias granorum fabæ hujus. — Valor in gustu, in palato, & in bonitate unus idemque est — at at pretium? — Superi! hoc variat pro ratione *Speculationis*. Coffea continuo eadem largitur vires, at pretium definit speculans. —

III. *Gloria Eruditi.*

Ubi illa? ubi ea quærenda? eruditi ex eruditis operibus. — Encomiastæ universaliter notarum veritatum & hominum doctrinam ambientium — quod in ratione bonorum fortunæ majorem cibi adpetitum quam bona habeant, hi sunt, qui aliena re in scriptis nos obsident. Se invicem laudant, quod geauine significat: *laudibus se vexari gaudent*.

IV. *Colonus ruri — de pacificis in Germania prospectibus.*

(*Ex germanico.*)

Limitibus cinctam tacitus nunc transigo vitam,  
Spemque novæ mihi dat, sola *Novella* foras.